

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

Martini Chemnitii, Doctoris Theologi celeberrimi, Harmonia Quatuor Evangelistarum

Quam ab Eodem feliciter inchoatam ... D. Polycarpus Lyserus, et D.
Johannes Gerhardus, ... Is quidem continuavit, Hic perfecit ; Opus
Eruditionis Stupendæ, Orthodoxorum consensu approbatum, idemque tot
Eruditorum desideriis adhuc expetitum

**Chemnitz, Martin
Leyser, Polycarp
Gerhard, Johann**

Hamburgi, MDCCIII

VD18 90617681

Caput LXVIII. Continens Historiam De Sanatis Duobus Coecis. Matth. 9. v.
27.

urn:nbn:de:gbv:45:1-18203

bene valere, & omnibus vita muniis recte uti. Nam pueri grandiores esurire solent, quando valent: excitati etiam à somno cibum petunt, quem, si non valent, recusant. Ideo etiam hoc à Marco est annotatum, ut omnibus modis ostenderet, puerum non modo resuscitatum, sed & ad firmam valetudinem redactam fuisse. In novissimo verò die, quando resurgemus ad spiritualem & aeternam vitam, longe excellentiores effectus subsequentur. De quibus potissimum Paulus agit 1. Corinth. 15. vers. 42. & reliq. Quales sunt, immortalitas, spiritualitas, impossibilitas, subtilitas, agilitas, aeterna claritas. Sicut etiam Daniel testatur cap. 12. v. 3. fulgebunt quasi splendor firmamenti, & quasi stellæ in perpetuas aeternitates.

Et Christus, Matth. 13. vers. 43. Justi fulgebunt sicut sol in regno patris eorum. Breviter, erimus iοάγγελοι, Luc. 20. vers. 36. tanquam angeli Dei in celo. Hæc consideratio firmam & solidam prius mentibus consolationem addere potest in omnibus adversitatibus, adeoque in morte ipsa. Absque quasi esset, nos Christiani miserrimi essemus omnium mortalium, qui in terrarum orbe vivunt, 1. Cor. 15. v. 19.

Ita videmus multiplices doctrinas & varium usum utriusque hujus miraculi, & quod de ipsis modi rebus in schola Christi informamur, de quibus naturalis homo non tantum nihil percipit, sed & ipsi stultitia sunt. 1. Cor. 2. vers. 14. Nobis autem sunt sapientia Dei ad salutem.

CAPUT LXVIII.

CONTINENS HISTORIAM DE SANATIS DUOBUS COECIS. MATTH. 9. v. 27.

RATIO ORDINIS.

HANC historiam solus Matthæus recitat, & resuscitationi filia primatis (de qua haec tenus actum est) ita subiungit, ut dubitari non possit, mox insecuram esse. Ait enim: Et cum Jesus inde digredieretur, secuti sunt, &c. Nec extat quicquam apud reliquos, quod interseri possit aut

debeat. Apparet autem Capernaumi istam concorrum illorum sanationem accidisse, in ipsis Christi contubernio. Cum enim Dominus resuscitata filia primatis domo ipsius egredieretur, & suam domum iret, eo venientem coeci secuti sunt, quos domini interrogavit, ibidem sanavit, & sanatos ex domo sua dimisit.

HISTORIA DUORUM COECORUM A CHRISTO SANATI, MATTH. 9.

27. Καὶ ὡρίζουσιν ἐκεῖθεν τῷ Ἰησῷ, ἵκολε ἦτος αὐτῷ δύο τυφλοὶ κράζοντες καὶ λέγοντες, ἐλέησον ἡμᾶς υἱὸν Δαβὶδ.
 28. Ελθόντι δὲ εἰς τὸ οἴκιαν, πεσοῦθλευαν αὐτῶν τοὺς τυφλοὺς, καὶ λέγει αὐτοῖς Ἰησός. Πιστεύετε ὅτι δύναμαι τοῦ ποιῆσαι, λέγει τοντον φωτόν, γακικειε.
 29. Τότε ηψαθεὶς ὁ φθαλμῶν αὐτῶν, λέγων· Κατάτλεπτοι οὖν εἰμάντες γένησητε.
 30. Καὶ ἀνερχθεὶς αὐτῶν εἰς ὁφθαλμούς, Καὶ ἐνεβρύσασθοι αὐτοὺς ὁ Ἰησος, λέγων· Οράτε, μηδεὶς γνωσκέτω.
 31. Οἱ δὲ ἔξελθόντες διεφημίσαντες αὐτὸν ἐν ὅλῃ τῇ γῇ ἐκεῖνη.
27. Et cum discederet illinc Jesus, secuti sunt illum duce coeci, clamantes ac dicentes: Miserere nostri filii David.
 28. At cum venisset in eades, adierunt illum coeci, dicit illis Jesus: Creditis me hoc posse facere? Dicunt, illi, etiam Domine.
 29. Tunc terigit oculos illorum, dicens: Juxta fidem vestram fiat vobis.
 30. Et aperi sunt illorum oculi. Et interminatus est illis Jesus, dicens: Videte, ne quis sciat.
 31. At illum cum abiissent, divulgarunt famam illius in terra.

Periocha hujus Historie.

Quemadmodum Sol in celo nunquam quietescit, sed incessabili motu movetur, quo omnia lucis & caloris ipsis beneficio frui coequi soveri queant: ita Christus, Sol iustitiae, dum in his terris versatus est, nusquam cessavit meando & remeando, quovis obvios & in angustiis constitutos juvit, suaque beneficentia recreavit. Videlicet hoc passim, tum in reliqua Evangelica historia, tum maxime etiam in hujus diei actis. Illo die Christus reversus erat Capernaum ex terra Gergesenum, in qua duos homines a terribili diabolorum tyrannie liberarant, Capernaumi primum divertit in ædes Matthæi, non tam convivii & corporis recreandi gratia, quam ut publica-

nos una invitatos ad peccatorum agnitionem, veram fidem & vitæ emendationem adduferet. Mox, quia discipuli Johannis & Phariseorum hoc Christi facto offendebantur, & inquirebant, cur Christus suos discipulos non juxta exemplum Johannis & Phariseorum ad jejunia asservaret, ipsis respondit, & simul eos edocuit, qui fiat, quod ipsi suam doctrinam non curent, ut ita vim monstraret, quam ingredi debeant, si & ipsi salutis participes fieri cupiant. Nondum absoluto illo colloquio, venit Jairus Primas Synagogæ, deque filiole sua unicæ gravi morbo morti vicino conqueritur, ejusque opem implorat. Christus mox eum sequitur, sed inter eundum sanat mulier-

mulierculam, sanguinis profluvium annos integrum duodecim paßam. Interim moritur Jairi filius: sed Christus ipsum consolans & fidem ejus corroborans dominum ipsius ingreditur, atque pullam ex morte suscitavit, vitæque restituit. Nunc inde rursus egredietur; dominumque suum repetens, sequuntur ipsum duo cœci, quibus domi sua vi-sum restituit. Postea his digressis sanavit dæmoniacum. Sic totam diem beneficiando consumpsit, nobis exemplum præbens, qualiter & ipsi vita nostra tempus impendere debeamus, ut nimis indesinenter cunctas nostras actiones in Dei gloriam & proximi utilitatem dirigamus. Semper enim gaudebis vespere, ubi dien expenderis fructuose. Nunc de sanatis duobus cœcis audiemus.

I. Considerandi sunt hi duo cœci. Fuerunt illi quoad corpus miserabiles personæ, privati summo sensu, quo opera Dei spectare, atque ex visibilibus invisibilem DEUM cognoscere potuissent, Rom. 1.v.20. Unde hujusmodi miseri homines, ne quidem per plateas inoffenso pede ambulare possunt, nisi aliorum ductu regantur. Quoad animam vero sunt feliciores Sacerdotibus Iudeorum, omnibus Scribis & Pharisæis. Hi enim visis multis præclaris & insignibus JESU miraculis, noluerunt illum agnoscere, sed virulento odio & diabolicis calumniis ipsum persecuti sunt. Illi vero cœci ex publica fama signorum Christi, non tantum ipsum agnoscent mundi Messiam, verum etiam firmari de ipso concipiunt fiduciam, quod ipsius ope visum possint recipere, quam fiduciam magno animo & pleno ore profitentur. Nam cum Jesus ex ædibus Jairi digressus ad proprias suas contuleret, sequuntur ipsum hi duo cœci. Et ne ex inani curiositate sequi viderentur, sicuti multi mirabilium operum effectores sectari solent, veram causam clamore suo indicant: *Miserere nostri fili David.* Filium Davidis nominando suam de ipso fidem publicè profitentur. Hoc enim titulo insigniebant tum temporis Judæi promissum humani generis servatorem, ob promissiones Davidi factas, 2.Sam.7.v.12.Psalm.89. v.4. & 132. v.11. Implorant autem hujus misericordiam, quo ipso innunt, se nihil meritos, nec quicquam in le reperi, cuius dignitatem prætendere possint, ut ipse ea motus visum restituat: sed tantum orant, ut pro ea bonitate, quæ ceterorum miseras & calamitas haec tenus sublevavit, etiam sibi auxilium gratuitum præstare dignetur.

Commonesciunt nos hi duo cœci spiritualis nostræ cœcitatæ, in qua omnes natura hæremus. Nam uthomo naturalis ex seipso nunquam percipit ea, quæ sunt Spiritus DEI, 1. Cor.2.v.14. Ita subinde ex depravato nostro intellectu exurgunt impuræ cogitationes & illicitæ cupiditates, quæ, si maxime aliqua cœlestis lucis scintilla per Spiritus gratiam in nobis oritur, mox eam rurus obscurant. Hæc spiritualis cœcitas nos bis miseros facit: ut & in hac vita multipliciter errerimus & hallucinemur in consiliis atque rebus agendis, & veram vitam ad beatam alteram vitam ducentem nequaquam ambulare queamus. Ab hac miseria si liberari velimus, ante omnia audiamus Evangelium de JESU Christo, ut ex illo auditu verbi divini fidem in ipsum concipiamus,

Roman. 10.v.17. Hæc autem fides indubitate, certa & firma esse debet, quod nos illuminare & velit & possit. Potest, quia æternus & omnipotens DEI filius est. Vult, quia Davidis filius, hoc est, homo factus est, & præterea in hunc mundum venit, ut qui non vident, videant, Johan.9. v.39. Ipse est lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, Johan.1. vers.9. Hanc fidem piis precibus ad filium Dei publicè profiteamur: ut ita non tantum sit fides in corde latitans, sed & in ore sonans, quo & ali ad consimilem fiduciam erga Christum mundi servatorem inflamentur & excitentur. Eadem fiducia debet etiam constans esse, ut si maxime Christus non statim precibus nostris ahanuat, non tamen ab ipso deficiamus, sed ipsum in dominum usque suam, sive illa sit gratia, hoc est, Ecclesia in hoc mundo, sive gloria, hoc est, cœlum in altero mundo, indefesso pede sequamur. Ipse enim dixit: Ego sum lux mundi, qui sequitur me, non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vitae, Johan.8 vers.12. Licet autem in hac vita aliquo modo illumineatur: illud tamen tantum ex parte fit. Ex parte enim cognoscimus, & ex parte prophetamus, 1. Corinth.13. vers.9. & videmus nunc per speculum in ænigmate. Si vero in finem usque apud Christum perseveraverimus & per fidem omnia obstatula, quæ nobis ad Christum contendentibus objiciuntur, perruperimus, tunc olim evacuabitur id, quod ex parte est, & succeder perfectum. Videbimus omnia de facie ad faciem: & vincenti dabitur, ut sedeat cum ipso in throno suo, sicut ipse vicit, & sedet cum Patre suo in throno eius, Apoc.3.v.21.

II. Attendendum, quid Christus cum cœcis illis egerit: 1. Admissos intra aedes interrogat. *Creditis ne quod hoc facere possum?* Interrogat, non quod ipse ignoret, quæ eorum sit fides, sed propter circumstantes, ut his de coecorum fide constet. Requirit enim Christus à suis sectatoribus fidem, non mussantem, sed sonantem. Et qui ipsum non confitentur coram hominibus, eos ipse vicissim, negabit quando venerit in gloria patris, Matt. 10.v.32. 2. Cum affirmarent se credere, expedit hujus documentum & probationem. Nam tangens ipsorum oculos, dicit: *Fiat vobis secundum fidem vestrum.* Ipse verbum tactui conjungit, ut demonstret, sua virtutis esse, visum restituere. Et tamen hoc ipsum beneficium metitur secundum mensuram fidei ipsorum. Unde certum est, si simulatam & hypocriticam habuissent fidem, quæ ore saltem professa esset foris, se credere, solum hoc præstare posse, intus autem in corde vel neglexisset, vel titubasset & dubitasset, nunquam beneficium illuminationis consecuti fuissent. Quia autem mox aperitis oculis visum receperunt, utique evenitus ipse comprobavit, ipsis in corde suo firmiter persuasum fuisse, hunc Jesum vere hoc præstare posse, quod ab ipso petierunt. 3. Postquam oculos ipsorum aperuerit, graviter ipsis interminatur, ne hoc factum ali reiſcant. Plerique existimant, hoc factum esse modestiæ causa, ut suo exemplo alios doceret, quomodo inanis gloria studium fuisse debeant. Et sane nullibi Christus fuit ambitiosus: & tamen alibi in publico edidit miracula, & ut illa prædicarentur, atque Deus inde glorificaretur

retur, permisit. Hic verò *ἐνεργείᾳ τοῦ οὐρανοῦ*, hoc est, *cum gravi interminatione interdixit*, & quasi minaciter & cum ira prohibuit, ne quisquam hoc refiret. Hanc enim vim esse verbi *ἐνεργείᾳ τοῦ οὐρανοῦ*, supra cap. 42. in. consimili casu explicatum est. Nam potuit habere Dominus etiam alias causas justas & graves, ob quas tam severum preceptum, & quidem cum austeritate ipsius propositum: sicuti mox in sequenti membro indicabimus.

Observatione hic dignum est, cur Christus tamen accuratam fidei explorationem in hisce cœcis instituat. Chrysostomus hanc rationem ponit, Christum id fecisse, ut ostenderet, nonnullam ad salutem suam ipsos quoque partem contulisse. Sed revera graviter hallucinatur. Si emortuum & à vermis ero sum cadaver aliquid conferre potest, ad sui vivificationem: & cœcus ad sui illuminacionem: tum etiam naturalis homo aliquid conferat ad suam salutem. Nimirum oculi cœci sunt subiectum patiens, nihil quicquam agentes ad sui fanationem, sed tantum medicam manum admittentes: ita etiam hominis non renati intellectus & voluntas, nihil faciunt ad sui conversionem, sed tantum Spiritum Dei in se operantem admittunt. Verum hujus explorationis alia est ratio. Nimirum fides pasim per universam Scripturam commendatur, quod sit unicum illud instrumentum & medium, adeoque manus per quam Dei beneficia excipimus. Etsi simili aliquo vulgari uti volumus, est instar haustri gratiae cœlestis & salutis nostræ, quo ex inscrutabili & inexhausto divinae misericordiae & bonitatis fonte, ad quem aliter penetrare non possumus, haurimus & ad nos attrahimus, quod nobis salutare est. Haurimus autem secundum mensuram fidei nostræ, scilicet tantum, quantum fides cuiusque capit. Et hinc fit, quod alii plus alii minus accipiunt cœlestium bonorum, eo quod in aliis fides sit firmior, in aliis imbecillior. Quod ergo interdum aliqui parum spiritualis gratiae consequuntur, non sit illud culpa Dei, qui aequè largus est erga omnes, & paratior est ad dandum, quamnos ad accipendum. Sed sèpè fit vitio hominum, qui divinae bonitati non tantum fidunt, quantum debent. Et quod hodie in terris Spiritus sancti dona sunt rariora, illud non aliunde provenit, quam inde, quia etiam fides in terris rara est, & plerique saltē hypocritica fide & inani fidei professione se hominibus venditant. Interim tamen neminem suæ fidei imbecillitas vel tenuitas terreat. Modo enim ea non sit fucata vel simulata, vel sincera, tum quantulacunque sit, ad Christum apprehendendum & attrahendum sufficit. Hic solus vera fide in cor receptus sarcire potest omnia, quæ nobis desunt: qui etiam per Spiritus sui gratiam, fidem, licet initio sit instar grani linapis (sicut supra ex 13. cap. Matth. v. 32. audivimus) quotidianis augmentis crescere facit, & efficit, ut credenti omnia sint possibilia, Matth. 9. v. 23. Quemadmodum enim, si quis in profunda aqua periclitetur: is verò magnum Christophorum vel alium robustum gigantem bajulum fortiorum, secure & tuto se ipsi committere potest, quod sive sit firmis viribus prædictis sive imbecillis, ipsum sustinere & per profundas aquas vivum transportare possit, modo se ipsi committat, & totus in eum recumbat: ita qui uni Christo fudit, sive fides illa sit firma, sive

languida, tamen ipsius virtute conservatur, & ex omnibus periculis corporis & animæ liberatur. Qui verò Salvatori suo Christo hunc cultum fiducia non vultribuere, is extrema ipsum afficit injuria, & indignus est, qui à Christo juvetur, ut qui ipsius bonitatem & potentiam in dubium vocet.

III. Postremum hujus historiæ membrum est, quid cœci fecerint, postquam visum receperunt. Evangelista dicit, ipsos *divulgasse famam in qua minoribus in toto illa regione*. Hoc factum aliqui excusare nitimus, existimantes aliquid dandum esse ipsorum lætitia. Et propterea levius atque humanius peccasse, quia hoc ipsum subservierit illistranda gloria Christi. Cumque alias omnes, qui ipsos noverant, inquisiti fuerint, unde beneficium visus accepérint, non potuisse ipsos remistam comode celare. An verò hoc factum nullo modo excusationem admittit. Nam illa gravis Christi interminatio non ita temerè ab ipsis fuerat negligenda. Praecepta enim Dei sunt stricti juris, a quibus nec ad dextram nec ac sinistram est deflectendum: sed omnes cogitationes, sensus & actiones nostræ ipsius voluntatis sunt subjicienda. Sed interrogati respondissent, se hoc beneficium a Jésu accepisse, utcunque excusationem admitteret hoc factum. At ipsi egredi, *διαφέρουσιν ipsum in toto illa regione*. *Διαφέρουσιν* autem significat famam, ubique per omnia loca spargere. Hoc verò tunc temporis Christo molestè accidit: quia hac fama auxit invidiam Scribarum & Pharisaorū, Christus mox altero die coactus fuerit rursus discedere Capernaumo. Ubi dubio procul libenter diuinus delituisset, quia illo demum die in urbem redierat. Peccant igitur, quod sibi ipsi contra interdictum Christi arrogant inueniunt, famam Christi propagandi ad alios, ad quod tamen non erant vocati. Neque enim vult Deus in Ecclesia omnes facere omnia. Peccatori certè dixit Deus: Quare enarras justitias meas, & assumis testamentum meum per os tuum? Psal. 50. v. 16. Et in novissimo die Christus, multis, qui dicturi sunt, se in ipsis nominis prophetasse, respondebit: Non novi eos, Matth. 7. v. 22. quia nimirum citra legitimam vocationem id fecerunt.

Discamus ergo hinc, Ecclesiam Christi esse instar domus, in qua ipse solus tanquam paterfamilias regnat & gubernat. Recipit autem in eam omnes, qui ipsum sequuntur & fidem in ipsum profertur. In hac domo inter ministros suos domesticam instituit *έπαρχον*, dum eos gradibus & ordinibus inter se distinguit, & cuivis certam vocationem præscribit, juxta quam promovendæ gloriae Dei Christo suam operam locare debet. Jam qui hunc ordinem à Christo institutum turbat, & extra partes suæ vocationis temerè in aliorum munus involat, is non leve crimen admittit. Ideo Petrus tamen solicite omnes Christianos monet, ne quis patiatur tanquam *ἀλλοτροπονος*, ut alienarum rerum appetitor, 1 Petr. 4. v. 15. Nam multi, quando primum in Ecclesiam veniunt, insigni fidei prædicti esse possunt: sed si postea quid contra præcepta Domini vel vocationem ab ipso injunctorum faciant, ipsi displicere incipiunt, & in ejus indignationem incurre possunt.

CAPUT

CAPUT LXIX.

CONTINENS HISTORIAM DE SANATO DÆMO-
NIACO MUTO. MATTH. 9. v. 32.

RATIO ORDINIS.

Sed & hoc miraculum solus Matthæus describit, & cum præcedente narratione exquisita notatione ordinis ita con-
jungit, ut appearat mox istud accidisse,

postquam Dominus modo istis duobus cœcis vi-
sum restituerat. Ait enim, *istis domo egredientibus,*
ecce adducunt, &c. ficuti jam
audiemus.

HISTORIA SANATI DÆMONIACI
MUTI.

MATTH. 9. v. 32.

32. Αὐτῶν δὲ ἐξερχομένων, τὸν παρενθέκαν αὐτῷ ἤ-
ρωσαν καὶ οἱ δαιμόνιοι ὡμοίως.
33. Καὶ εἰσβλήθεντος δὲ μυστικά, ἐλαίησεν ὁ καθόρις. καὶ
ἔπειπεν οἱ σύχλοι, λέγοντες, ὅτι ὑδεποτε ἔφαγε
τῶν ἐν τῷ Ιερουσαλήμ.
34. οἱ δὲ Φαρισαῖοι οἶτον, τὸν ἄρχοντα τῶν δαιμονίων ἐκ-
βάλλει τὰ δαιμόνια.
32. *Illi autem egredientibus, ecce adduxerant illi hominem
mutum demoniacum.*
33. *Et ejecto demonio, locutus est mutus, & admirata sunt
turba, dicentes: Nunquam apparuit sic in Irael.*
34. *At Pharisei dicebant, per principem demoniorum ejus
est demonia.*

Perioda hujus Historia.

Tota hæc historia nihil fere novi habet, quod non superius cap. 59. quoque sit explicatum. Ideo breviores in ejus expositione esse volumen: si quidem pleraque, quæ ad uberiorem explicationem faciunt, inde defundi possunt. Evangelista hanc historiam præcedenti individuo nexus conjungens, utitur particula *id est, ECCE.* Quæ auditorem & lectorem non tantum ad attentionem excitat, innueniens, ut quemadmodum alias in operibus Christi nihil vile est, nihil abjectum, sed omnia augusta & stupenda: sic etiam hic se adductum historiam, quæ hominis rationem supererit. Verum etiam simul bonitatem hujus Domini considerandam proponit: nimur in domo Christi gratia fore semel patefactas semper patere omnibus, qui illam expetant. Integrum diem insumerat docendo, curando, & tempus erat, ut vel tandem multo labore fessus quietem quereret. Sed ecce vix prioribus digressis, alii affunt, qui novum negotium ipsi faciliunt. Et hos ipsos non minore humanitate admittit, votique sui compotes facit, quam priores: licet illi sese immorigeros erga præceptum ipsius exhibuissent.

Apparet autem ex hac historia, ut ex aliis quamplurimis, quæ in Evangelii leguntur, tum temporis, cum filius Dei in carnem venisset, quamplurimos passim obfessos oberrasse in populo Dei, in Iudea, in Galilæa, Gadarenorum regione & alibi. Cujus rei alia causa dari non potest, quam Satanam intellectuisse, appropinquare tempus illud, quo filius Dei viens opera ipsius dissolutus, *i. Joh. 3. v. 8.* & semen mulieris ipsi caput contritum esset. *Gen. 3. v. 15.* Undiquaque itaque atrium suum obfirmare voluit, ut se adversus ipsum

Harm. Tom. I.

defensaret, atque sic iram suam adversus genus humanum virulentius effunderet. Sicut Johannes in sua Apocalypsi c. 12. v. 12. de novissimis temporibus idem testatur, inquiens: *ve terræ & mari,* quia descendit diabolus ad vos, habens iram magnam, sciens quod modicum tempus habet. Non inutile autem est, expendere causas, ob quas DEUS dæmonibus & olim permisit, & adhuc hodie interdum permittit, ut homines non tantum obsideant, sed & graviter vexent. Siquidem certum est, absque Dei permissione nihil ejusmodi accidere posse. Variae autem à Theologis adduntur rationes.

1. Cyprianus adversus Demetrianum, & Laetantius Firmianus contra gentes, sentiunt, hoc ipsum facere ad fidei nostræ confirmationem. Nam multi inveniuntur, qui cum Saducæis & Epicuræis, Angelos & dæmones esse aut non credunt, aut certe languide credunt. Quando vero tales vident interdum etiam rudissimos homines à dæmonibus obfessos, Græce & Latine satis diserte & expedite loqui, adhac in publicum proferre, quæ alii abdita sunt & incognita: tum certe inde re ipsa vident & colligunt, adesse potestatem aliquam humana majorem. Rursus, quando iidem non tantum ex Evangelio cognoscunt, Christum dæmones clamantes, ejulantib[us] & reluctantib[us] vel verbo coegisse, ut corpora, quæ obfederant, relinquerent: sed interdum etiam propria experientia addiscunt & vident, ad solam nominis Christi invocationem, dæmonum potentiam cedere & vel invitam, stationem, quam occupaverat Satanæ, derelinquere: tum inde aperte cognoscunt, vera esse, quæ de divina virtute & potentia Do-

S 55

mini